

FACULDADE DE LETRAS DA UNIVERSIDADE DE COIMBRA  
INSTITUTO DE ESTUDOS HISTÓRICOS DR. ANTÓNIO DE VASCONCELOS

---

# Revista Portuguesa de História

TOMO XIV

HOMENAGEM AO DOUTOR PAULO MERÉA

VOLUME III



COIMBRA / 1974

## SANTA IRIA E SANTARÉM

### Aditamento

Depois de impresso o artigo *Santa Iria e Santarém — Revisão de um problema hagiográfico e toponímico* (<sup>1</sup>), comprámos no antiquário Rosenthal, de Oxford, um Breviário Bracarense manuscrito, de cerca de 1470, que tinha pertencido aos Duques de Palmeia.

Nas folhas 330V.-333V., encontra-se o ofício de Santa Iria, cuja estrutura é idêntica à do Breviário de S. Simão da Junqueira (1514) e à do Próprio de Lisboa (1536), mas com variantes e com as lições muito mais desenvolvidas que as destes ofícios (<sup>2</sup>) e as dos outros que atrás publicamos (<sup>3</sup>).

Este Breviário atribui o martírio de Santa Iria ao ano 1053, como o texto C, o que é erro manifesto, como já mostrámos. Ao mosteiro de Santa Maria de Nabância atribui 24 monges, divergindo assim de todos os outros textos actualmente conhecidos (<sup>4</sup>).

Transcrevemos todo o ofício por as suas lições serem hoje as que mais se aproximam da legenda original, traduzida pelo *Flos Sanctorum* de 1513. Basta o cotejo dos seguintes trechos para se concluir que os respectivos textos provém do mesmo arquétipo:

#### Breviarium Bracarense

«... et ne carne tua facias quod anima graviter puniatur. Peccatum enim facile fit, sed gravius redimitur, et huius mundi dulcedo brevis eternum preparat interitum (...).<sup>(\*)</sup>

#### Flos Sanctorum

«...nem obres en tua carne per que a tua alma seja gravemente atormentada, ca o pecado ligeiramente se faz, mas a sua punição fica pera sempre e hua breve delectaçom dá tormentos sem medida nem termo.

(\*) Pp. 1-63 deste tomo.

(<sup>2</sup>) pp- 47-51 e <sub>56-58</sub>.

(<sup>3</sup>) pp 43-47, 54-56 e <sub>58-6</sub> }.

(<sup>4</sup>) P. 6.

Recordare, frater, quia omnis caro phenum et omnis gloria eius quasi flos peribit» (*Lectio V.<sup>a</sup>*).

«Magister obtime, (...). Nam et ego tanta ratione utor quod, donante Deo, de bonis vel de malis scio que eligam et deceptioni tue nephannissime nunquam cedam.

Magister bone, revertere ad bona consilia que mihi semper tradidisti et de eis tibi partem capias, ne anima tua tam turpiter in laqueo sathanae capiatur...» (*Lectio VI.<sup>a</sup>*).

Porém lembrete irmão que toda carne he feno, e toda gloria do mundo como frol delle» (Vid. pp. 51-52).

«... mas tu sabe, mestre, que eu por virtude de Deus ja uso de tanta razõm (...) que eu sey que devo escolher, tomndo o bem e fugindo do mal, e por causa nem razon alguma me nom poderás sujugar aos teus malvados conselhos, mas tu, bom mestre, torna torna sobre ty e agora toma sobre ty aqueles conselhos que sempre me deste e toma para ty parte que a tua alma nom pereça e eternamente seja emlaçada nos laços de sathanas ...» (p. 52).

Estes e outros pormenores semelhantes não constam de mais nenhuma legenda de Santa Iria hoje conhecida, o que valoriza as lições do nosso Breviário Bracarense, que pertenceu à Casa Palmeia.

#### In natate Sancte Herene virginis et martiris

*Super psalmos ana. In Herene leta memoria, laudet Christum mater Ecclesia. Adiuvante cuius (5) clementia, vincit mundum, carnem, demonia. Plaudat tota celestis curia, hanc consortem habens in gloria.*

*'Psalmi feriales.*

*Capitulum. Confitebor tibi, Domine rex.*

*Resp. Locum ostensem. Vers. Sanctitatem. VIII Resp.*

*Variantes no texto B (p. 45):*

(6) eius.

decimo lxxv nouēbūm ī cūntate  
būtne qm̄ edificauit ferre atq̄  
bī uenientis q̄ p̄g mārādīma dice  
bat ē in contineo uicomedie ip̄  
uincia grecor. Corp'ū ei⁹ odīm  
aromatib' aēam⁹ magna cu glā  
i⁹ sup̄ dīm uel seputū ē. lco. ii.

**P**ost euolutor. af̄ aōos cēcē:  
Ducēt̄or ingunt̄: t̄p̄ib' anḡt̄or  
q̄stancij. q̄stantij. q̄stanti filioz  
magui. q̄stantiū n̄apatoris. ante  
n̄apij̄ apostate iuliani corp'ū sc̄i  
luce tr̄slatū ē agrec̄ debimia  
uel. & delatūm iuilem regiam  
q̄stantino politiam. & in magno fa  
uore suscep̄tū aciub' sumū cum  
corprib' sc̄ī andree apli. & ethi  
motrix discipli digno h̄uore re  
conditiū ē. ubi celeb̄t̄ contide  
uincabilia d̄ tuū ihu v̄. cu est ho  
voz. & glia in sc̄la sc̄loz. dñe. In  
n̄t̄le. S̄c̄ h̄ne. V. am̄is. sup̄ p̄.

A. In h̄ene leta meozia laudet̄ r̄  
mari et̄. adiuuāte cu clementia  
uincit mundū carnē de moia plaudat̄  
totū celeb̄t̄ curia hanc gloriū ha  
lens uozlia. Psalimi fides. Cplin.  
Gonit̄elb̄ t̄ d̄ ter. & loci ostē  
sum. V. S̄c̄ tam̄. V. h̄z. h̄z.

**C**ollaudantes uenēm h̄ene  
Collēpm̄a. uin̄ totō p̄tm̄ eo  
pathēmia. ut cu ip̄a glic̄iū celeb̄t̄  
pat̄. **D**e clam st̄xē manauit̄  
ūḡis uanuit̄. h̄c̄ p̄d̄orauit̄

ūtutū nobilit̄. uā mei h̄emut̄  
ap̄meuo dēt̄. **T**ugo sc̄i  
comp̄bat̄ v̄l̄t̄is mārābū. nam  
illid̄ li tangit̄ melotū cu c̄m̄b'?  
ois langueus lihat̄ alius lingo  
ub? **D**ez qua ingressū liet̄  
clandi lepsi mādīt̄am. p̄ haue  
ihu no eaudi donās ieh̄ uenā.  
ut possim̄ t̄c̄ laudi dignā dare  
glām. **M**at̄ dēt̄ et̄p̄ proli  
la lynd̄. glia. cu sp̄i de soli  
p̄ sc̄la p̄t̄hēnia. cu h̄renā q̄ no  
poli p̄duc̄t̄ ad ḡaudia. lmen.  
**X** Idownabit̄ ea. Ad M̄. q̄. s̄b̄solu  
ta et̄māl uido scandit̄ celum et̄r̄  
obſtādo ubi sp̄i p̄fueris osculo  
latiat̄ int̄li p̄abulo. p̄ M̄. ōo.

**B**eat̄ h̄ene ūḡis. māis t̄c̄  
Collēp̄nitātē uenāndra q̄  
die ec̄t̄ua deuoti suscipiat̄. et̄  
fiat̄ magna gl̄ificatioz amore  
deuotioz. māit̄ h̄di p̄ficiat̄ et̄r̄  
plo. **P**. De inde fiat̄ q̄m̄ de sc̄. Ca  
pacio m̄r̄. & in ll̄b' cu ista ec̄one. ōo.

**P**riū q̄ op̄d̄. ut q̄ bñ c̄p̄s̄  
m̄is̄ tuū uat̄. da colun̄. ut̄  
celliore et̄ int̄li nois̄ amore rolo  
rem̄. **P** Ju b̄t̄t̄. Laudey ec̄a deo  
m̄p̄ficia. h̄ene ḡaudia qui dedit̄

**C**ollaudater. h̄z. h̄z. p̄ v̄c̄t̄.  
St̄udēam̄ h̄ene cu cantib'  
qm̄ laudando deuol̄b̄m̄o fil  
sile ut̄tib' si ad plenū diram̄  
de illis actib'. **C**ui oleo uā sua

...aut p̄ v̄c̄t̄...



*Hymnus*

Collaudantes veneremur	Melota cum crinibus
Herene sollempnia	Omnis languens liberatur
Visu toto precemur <sup>(6)</sup>	A suis langoribus.
Eius patrocinia	
Ut cum ipsa gloriemur	Per quam ingressum <sup>(8)</sup> habent claudi.
In celesti patria.	Leprosi munditiam,
De clara stirpe manavit	Per hanc, Ihesu, nos exaudi
Virginis nativitas,	Donans reis <sup>(9)</sup> veniam
Sed eam plus decoravit	Ut possimus tue laudi
Virtutum nobilitas.	Dignam dare gloriam.
Nam in ea <sup>(7)</sup> habitavit	Patri dentur atque Proli
A primevo Deitas.	Laus, honor et gloria,
Virgo sancta comprobatur	Cum Spiritu Deo soli
Multis mirabilibus	Per secula perhennia
Nam illius si tangatur	Cum Herena, qui nos poli
	Perducat ad gaudia. Arnen.

*Vers. Aduiuvabit eam.*

*Ad Magn. ana. Absoluta <sup>(10)</sup> carnali vinculo, scandit celum carens obstaculo, ubi, sponsi perfruens<sup>a</sup> osculo <sup>(9)</sup> saciatur vitali pabulo.*

*Post Magn. Oratio. Beate Herene virginis et martiris tue sollemnitatem venerandam quesumus, Domine, Ecclesia tua devota suscipiat et fiat magne <sup>b</sup> glorificationis amore devotior et tante fidei proficiat exemplo. Per.*

*Deinde fiat commemoratio de Sancto Caprasio martire et etiam in Laudibus cum ista oratione <sup>c</sup>.*

[AD MATUTINUM]

*Invitatorium. Laudes, Ecclesia, Deo<sup>(12)</sup> multiplica, Herene gaudia qui debit celica.*

*Ps. Venite.*

<sup>(6)</sup> Nisu toto deprecemur.

<sup>(7)</sup> In hac enim.

<sup>(8)</sup> gressum.

<sup>(9)</sup> rex.

*Variantes no texto D (p. 47):*

<sup>(10)</sup> absoluto.

<sup>(9)</sup> falta o texto desde ubi.

<sup>(12)</sup> Christo.

<sup>a</sup> No texto perfluens.

<sup>b</sup> No texto: magna.

<sup>c</sup> Não se publica, por não interessar ao tema em estudo.

*Hymnus*

<b>Collaudantes</b> (¹³) studeamus	O quam palam demonstratur
Herenam cum cantibus,	Virginalis sanctitas,
Quam laudando demonstramus	Dum celitus revelatur
Fulsisse virtutibus	Iuvenis infirmitas
Si ad plenum dixeramus	Et per tactum restauratur
De illius actibus.	Inesperata sanitas
Cum (¹⁴) oleo vas servavit	Per quam egros, Ihesu bone,
Per multas vigilias,	Sanas multipliciter,
Idcirco gaudens intravit	Per hanc fac nos in agone
Ad celestes nuptias,	Sic pugnare fortiter
Ubi vite quas optavit	Quod in celesti (¹⁵) regione
Percepit (¹⁶) delitias.	Letemur feliciter (¹⁷).

Patri dentur ...

*In I noct. ana. Feminarum quondam cenobio iuncto Nabam quo fluvio (¹⁸) sancte fuit inhabitatio (¹⁹). Ps. Domine, Dominus noster. Ana. Precum instans vigilias (²⁰), semel post anni circulum Sancti Petri cum aliis visitabat oraculum. Ps. Celi enarrant. Aha. Preces crebro fletu (²¹) ieunans iungebat et carnem spiritui servire cogebat. Ps. Domini est terra. Vers. Diffusa est gratia.*

*JLectio prima.* Tempore illo quo nobilissimus atque christianissimus Castinaldus, vir nobilis Cassie, principaretur apud Nabam etiam (²²) Herena sancta virgo ac monialis pulcherrima mortem pertulit corporalem pro fide castitatis super ripam Nabam, anno M.º quinquagesimo tertio (²³) ab Incarnatione Domini Nostri Ihesu Christi, cuius fides iam sparsa, longe lateque firmiter tenebatur. Beata Herena igitur nobilissima fuit progenie, sed virtutibus honorabilior. Nam ab infantia sua, gratia Domini repleta, divinis semper inhorebat studiis. Hec virgo erat pudica, pia, simplex, humilis, ieunatrix et exoratrix, nimium in sanctis lectionibus studiosa et in omni Dei servitio et Genitricis eius omniumque sanctorum devotissime permanebat.

*Variantes em B:*

(¹³) Collaudare.

(¹⁴) Dum.

(¹⁶) Percipit.

(¹⁶) celi.

(¹⁷) B traz as duas ultimas estâncias em Laudes.

*Variantes em D:*

(¹⁸) quodam cenobio iunctum Nabam quod heret fluvio.

(¹⁹) habitatio.

(²⁰) vigilis.

(²¹) fletu.

(²²) apud Nabantiam.

(²⁸) D. C. LIII.

*Kesp.* Herena vas repletum gratia, falssa mundi contempnens<sup>(24)</sup> gaudia.  
*P.* Expedito<sup>(26)</sup> currens ad premia sine carentia. *Vers.* In agone stans, Christi famula a se cuncta pellit obstacula. *P.* Expedite.

*Lectio II.<sup>a</sup>* Remigius namque religiosus et doctissimus monacus eam tam litteras quam mores docuerat sub gratia nobilium parentum suorum, Hermigii et Eugenie nomine, et domini abbatis Sellii, qui frater Eugenie matris ipsius virginis extitit et in cenobio magno Beate Virginis Marie degebat, in loco parum concavatum viginti et quatuor<sup>(20)</sup> scapulatis monachis iuxta torrentem qui dicuntur Effrom, quod fit<sup>(27)</sup> sine fonte, et sinuose labens in Nabam ibi descendit. Super autem hoc cenobio<sup>(28)</sup> versus aquilonem, in loco plano et eminentiori, erant predicti Castinaldi palatia cum villa pulcherrima dicta Nabantia, a fluvio distante iactu lapidis uno vel minus.

*Kesp.* Adolescens, Britaldus nomine, admiranda pre pulchritudine infirmatur. *P.* Defixo lumine in sancta propagine<sup>(29)</sup>. *Vers.* Medele penitus hic opem perdidit amor illicitus quem egrum reddit.

*Lectio III.<sup>a</sup>* Sub villa ista super Nabam Sancta vivebat Herena cum devotissimis Deo monialibus, quarum due sorores patris eius erant, scilicet domna Casta et Iulia, que ibi postea fuerunt sepulte pariter in singulis lapideis monumentis. Ad honorem quarum edificatum est opus parvum et pulerum in modum arcuate domus intus et a foris quadratum, subi<sup>(80)</sup> ipsarum monumenta. Quod opus coram se habuit quasi domum quadratam et in mundo<sup>(81)</sup> eius pavimento coligebatur aqua munda, que a longe veniebat subtus terram per lapidum i<sup>(82)</sup> canales ut esset melior, frigidior et sanior utentibus ea<sup>(83)</sup>, licet ex ipso esset fluvio propinquissimo<sup>(84)</sup>. Per circuitum vero ipsius fontis monialium claustra erant valde decora.

*Kesp.* Sunt parentes tristes ob filium, sed qui promptus est ad auxilium, iuvat Christus. *P.* Sic rediit gaudium in mentes omnium i<sup>(86)</sup>. *Vers.* Morbum sancta noscit divinitus, tauctus eger fit sanus penitus. *P.* Sic.

*In II.<sup>0</sup> nocturno ana.* Temptatur Remigius qui sanctam incluserat<sup>(36)</sup> et eius ardenter amplexus desiderat. *Ps.* Eructavit. *Aha.* Pudor propagulsatur, venus hunc estuat<sup>(87)</sup>, sanctam deprecatur sibi quod annuat. *Ps.* Deus noster.

(<sup>24</sup>) contempsit.

(<sup>26</sup>) expedite.

(<sup>26</sup>) concavo cum xnn.

(<sup>27</sup>) vel qui fit.

(<sup>28</sup>) hoc autem cenobium.

(<sup>29</sup>) virgine.

C<sup>(80)</sup> super.

(<sup>81</sup>) medio.

(<sup>82</sup>) *Falta*.

(<sup>83</sup>) eam.

(<sup>84</sup>) *Falta desde licet.*

(<sup>36</sup>) tristium.

(<sup>38</sup>) instruxerat.

(<sup>37</sup>) stuat.

*Ana.* Nunc minis alloquitur, nunc illi blanditur. Hec minis non frangitur nec blandiciis molitur. *Ps.* Fundamenta (M). *1fers.* Specie tua et pulchritudine.

*Lectio III.<sup>a</sup>* Sancta vero Herena ex claustro proprio consueverat semel in anno, in festo Beati Petri, cum ceteris monialibus orandi causa pergere ad ecclesiam Beati Petri apostoli que iuxta Castinaldi palatia erat edificata, laudabili opere decorata et plena sanctorum reliquiis, ad quam vir nobilissimus Castinaldus cum militibus suis et dominabus et aliis permixti sexus eiusdem loci gentibus divina officia diligenter pene cotidie audiebat (80). Hic autem princeps habebat unicum filium Britaldum nomine, probum, alacrem, spetiosissimum. Qui audiens Herene sancte pulchritudinem, et casu (40) semel cum vidisset eam in ecclesia angustiari cepit fortiter in amorem eius et tantum ob divinum timorem et parentum suorum et domini abbatis Selii reverentiam non ausus vim amoris ipsius detegere, tacendo more amantium egrotavit. De cuius egritudine Castinaldus et Cassia parentes eius nimium condolentes cum universa curia medicos ad sanandum eum venire faciebant, qui diversas (41) morbi causas, sed morbum non perpendentes, nullum penitus egritudinis (43) eius poterant dare remedium.

*Resp.* Herbe succus in potum traditur, cuius austu virgo (43) concipitur. Quasi plenans vulgus decipitur (44). *P.* Sub re falsa dum verum creditur. *Vers.* Actor mali hoc(45) asserit, virginalis sic fama deperiit. *P. Sub.*

*Lectio V.<sup>a</sup>* Hanc autem egritudinem divina inspiratione ut sancta cognovit Herena, statim causa pietatis et humanitatis perrexit illuc. Et ad illum gradiens (46), exclusis omnibus a palatio, sola solum humiliiter ac divinitus sic affatur: Frater mihi, hec infirmitas non est tibi ad mortem, sed Dei miseratione salutem consequeris, si ea que oculi tui ad dampnum tuum concupierunt ultro dimicatas (47) et ultra non concupiscas et ne carne tua facias quod anima graviter puniatur. Peccatum enim facile fit, sed gravius redimitur, et huius mundi dulcedo brevis eternum preparat interitum. Asperitas vero et dum labor sempiternam requiem. Nunc modo est recordatio tantum huius mundi potentum quantum voluntatem Dei facientium. Recordare, frater, quia omnis caro phenum et omnis gloria eius quasi flos peribit. — Tunc ille sic sibi respondit et ait: Scio quod nosti qua ego labore egritudine, sic etiam noscas quod si ex ea moriar vel alii compleas quod mihi abnegas, ego ipse vel alius pro me gladio te percuciet et ultra non vivas.

*Resp.* In virgine[m] surgunt opprobria; deviant colloquia. *P.* Nam patabant cunctis indicia quod fuisset hominis conscientia. *Vers.* Virgo viri prorussus incognita secum mirans fit valde territa. *P. Nam.*

(38) Magnus Dominus.

(39) suis et aliis gentibus, ut divina officia audiret, pene quotidie veniebat.

C<sup>40</sup>) in casu.

(41) diversas proferebant.

(42) egritudini.

(43) non virgo.

(44) falta o texto desde quasi.

(46) verum hoc.

(46) ingrediens.

(47) Terminam aqui as lições de D.

*Lectio VI.<sup>a</sup>* Ad hec illa sic ait: Absint hec a me, frater mi, ut tuam vel alterius nephandam compleam voluntatem. Sed exoro Dominum nostrum Ihesum Christum ut secundum suam misericordiam sanitatem tibi conferat et confirmet in bono animum tuum ex hac hora. Et hiis dictis, impositisque manibus super eum discessit ab eo et reversa est in claustrum suum. Ille vero restitus est statim sanitati, auxiliante Deo et precibus Sancte Herene virginis. Unde parentes iuvenis, dantes laudes et gloriam Deo et Sancte virgini Herene, accumulaverunt illi et eius collegio gratiam cum multis muneribus. Post rem huiuscemodi transauto biennio intravit sathanas in Remigium monachum, magistrum Sancte Herene, et in amorem sancte virginis tam alacriter viscera eius extorruit quod, deposito pudore proprio, effeminiter <sup>(48)</sup> sanctam virginem ad amplexus suos nephandissimos invitaret. Et nunc blandiciis pro turpi scelere [nunc] minis per rigores constantia mentem sanctam illius pulsabat <sup>(49)</sup>. Illa coacta ad hec respondere sic ait: Magister obtime, usque modo magistrasti mihi veritatem et timorem Dei et omne bonum, cave ne mihi amodo magistres errorem et nequiciam diaboli. Nam et ego tanta ratione utor quod, donante Deo, de bonis vel de malis scio que eligam et deceptioni tue nephandissime nunquam cedam <sup>(50)</sup>. Magister bone, revertere ad bona consilia que mihi semper tradidisti et de eis tibi partem capias, ne anima tua tam turpiter in laqueo sathane capiatur. Opus tuum quod longo tempore cum maximo labore perfecisti, cur uno momento ad terram deicere conaris? Opus Deo gratum est insipientibus sapientiam declinare et viam docere qua veniant ad salutem.

*Resp.* Hoc factum Britaldum non latitat, rursus venus illum exagitat. *P.* Et cum minis virginem concitat <sup>(51)</sup> nunc blandiciis flagitat. *Vers.* Ignem fovens illicitum, sancte cupit concubitum. *P.* *Et.*

*In III.<sup>0</sup> noct. ana.* A <sup>a</sup> Britaldo monitus, necat <sup>b</sup> quidem miles sanctam prorsus choitos nolentem minans <sup>(52)</sup>. *P/.* Cantate. *lana.* In Azotum <sup>(53)</sup> fluvium ideo de Nabam corpusculum ex hoc transiit in alium, cui Tagus est vocabulum. *Ps.* Dominus regnavit. *Ana.* Hinc miles et Remigius Romam vadunt celerius, ubi sub penitencia migravit iuvante gratia. *Ps.* Cantate. *JIUS* *vers.* Adiuavavit eam Deus.

*[Lectio VII.] Secundum Matheum.* In illo tempore, dixit Dominus Ihesus discipulis suis parabolam hanc: Simile est regnum celorum decem virginibus que accipientes lampades suas exierunt obviam sponso et spouse. *Et reliqua.* Ille autem videns eam nimis constantem et in nulla verborum arte posse falli, diabolico impletus ingenio unius herbe succum nimis artificiose sibi in potum

*Variantes em F (p. 55):*

<sup>(48)</sup> tam acriter (.....) effreniter.

<sup>(49)</sup> compulsabat.

<sup>(50)</sup> Falta o texto desde Nam.

<sup>(61)</sup> concitat.

*Variantes em D (p. 49):*

<sup>(62)</sup> viriles.

<sup>(68)</sup> Ozecarum.

<sup>a</sup> No texto: 0.

<sup>b</sup> No texto: nec ad.

tribuit, que brevi tempore similem pregnanti reddidit incorruptam. Mox huius mali actor insultans illi, divulgavit hec universis qui noverant eam. Et operiens eius famam infamie confusione ipsam contempni fecit, eius religiositatem in derisum et opprobrium omnino dissolvit. Ex quibus hec male trauctabatur vituperiis. Et qui eius colloquium et societatem dilixerunt iam quasi infamem spernentes non spretam Deo nec dimissam dimicabant. Illa, nesciens quomodo hec evenissent, mirabatur perterrita qualiter eius uterus sine virili semine paulatim intumescebat. Asserebat namque vere commixtionem virilem non habuerat, sed expressa similitudo pregnantis maiorem cernentibus dabat fidem.

*Resp.* Sanete sue non patitur ultra Deus opprobia, verum latens ostenditur, propulsatur falatia<sup>(64)</sup>. *P.* Sic sepulta laus nascitur, sepelitur infamia<sup>(65)</sup>.  
*Vers.* Quid fuisset actum de virgine noscit abbas divino flamme. *P.* Sic sepulta.

*Lectio VIII.<sup>a</sup>* Hec omnia Castinaldi filius cum vidisset<sup>(66)</sup>, zelotipiam summens indignatus est apud semetipsum sic ait: Sine causa mortis hec illa non fecit que me spreto digniori alium admisit quasi meretrix amatorem. Certum certe habeo quod iterum in amorem illius incalesceo et ea frui non potero. Precipiā prius interfici quam languendo animum meum extinguere valeam amore eius. Tunc iterum pulsavit eam minis et precibus. Repulsus iterum, nimio furore repletus, precepit cuidam militi de patris sui curia, amico suo karissimo, quod eam latenter pro posse gladio perimeret et in fluvium deiceret ut sic melius tantum facinus tegeretur. Qui miles protinus insidiatus est ei et cum forte stantem et orantem post matutinas laudes ante crepusculum diei in ripa fluvii conspexisset, accedens obturavit os eius et exutis vestibus preter melotem gladio confudit guetur eius et defunctam proiecit in fluvium. Ipse<sup>a</sup> vero protinus penitentia ductus cum Remigio monacho Romam peciit et ambo ibi sub penitentia obierunt.

*Resp.* Locum ostensem celitus abbas depositus concitus. *P.* Ubi corpus a populo repertum est cum tumulo. *Vers.* Sanctitatem propallat virginis solum siccum in aquis fluminis. *P.* Ubi.

*Lectio IX.<sup>a</sup>* Deinde collapsum est corpus Sancte virginis Herene per Nabam in Azotum<sup>(67)</sup> et ex hoc in Tagum usquequo pervenit iuxta montem qui Scalabicastrum nu(n)cupatur. Mane autem facto, cum non inveniretur universi cogitant dicentes: Quia ex maxima verecundia cum aliquo fugisset homine, qui eam impregna verat non amplius redditura. Deus vero nolens eos diu in tam mala suspitione<sup>(68)</sup> permanere, divinitus revelata sunt omnia abbati Selio que contingent illi. Quibus notis, ille gavisus est valde, permixta tristitia cum leticia. Et statim cum monachis et militibus et ceteris gentibus pervenit ad locum pre-

*Variantes em D:*

<sup>(54)</sup> infamia.

<sup>(65)</sup> fallacia.

*Variantes em F:*

<sup>(56)</sup> audisset.

<sup>(67)</sup> Ozecarum.

<sup>(68)</sup> suspicione.

<sup>a</sup> No texto: *ipso*.

dictum Tunc Tago, Dei virtude collecto ad se, ibi ex una parte apparuit solum <sup>a</sup> illius quasi terra arida, ubi inventum est sancto corpori aptissimum sepulcrum. Et cum eam de loco movere non possent, intellexerunt quod Deus in eo illam sepeliri voluit. Et tunc honorifice et cum magnis laudibus corpus ibi sanctissimum, tollentes capilorum et melote reliquias, sepelierunt, et expansis desuper aquis, ad limitem proprium redierunt. Post hec abbas reversus est cum reliquiis sanctissimi corporis ad cenobium suum, ubi multi ceci, claudi, leprosi et diversas infirmitates habentes ex tactu reliquiarum et affectu devotionis, Deo adiuvante, curati sunt.

*Resp.* Cum melota, cum tactis crinibus datur salus cunctis languentibus.  
*P.* Ihesu clemens, Herene precibus nos iunge supernis civibus. *Vers.* Per quam cecis restauras lumina, nobis cuncta relaxa crimina. *P.* Ihesu.

#### IN LAUDIBUS

*Ana.* Adest dies gaudio multiplici plena, in qua celi solio locatur Herena.  
*Ps.* Dominus regnavit.

*Ana.* Paupertas, martirium, decus virginale virginem ad gaudium ducunt eternale.

*Ana.* Dum aque Tagi fluminis cursum dimictunt proprium de sanctitate virginis palam dant testimonium.

*Ana.* Post certamen nobile celo coronatur, ubi dilectabile lumen contemplatur.

*Ana.* Per amoris vinculum herens nato Dei, Herene vocabulum confirmavit rei<sup>(69)</sup>.

*Capitulum.* Confitebor tibi, Domine rex.

#### Hymnus

In hac die recollatur	Quia gratis conservavit
Virgo cum letitia,	Virginale lillum,
In qua de mundo levatur	Tandem <sup>(61)</sup> consumavit
Ad regna celestia,	Vitam per martirium
Ubi sponsum amplexatur	Bina decoravit suum
Grata fruens gloria.	Aureola premium.
Virgo minas impiorum	Ihesu bone, deprecamur
Non timens in prelio,	Ut Herene precibus
Renuendo viri thorum,	In presenti sic solvamur
Vitam finit gladio	A peccati <sup>b</sup> nexibus
Sic est inquam <sup>(80)</sup> in celorum	Quod post mortem iungamur
Sublimata solio.	Angelorum cetibus.

Patri dentur ...

<sup>(69)</sup> confirmavit rex, em D.

<sup>(60)</sup> em B: victrix.

<sup>(61)</sup> atque tandem, em B.

<sup>a</sup> No texto: *solum*.

<sup>b</sup> No texto: *amplexati*.

*Vers. Audivit et leta.*

*Ad Benedictus ana. Implens sponsa sponsi consilia, manum suam misit ad fortia mundi, atque celi, quia omnia (⁸²) sequens nuda nudi vestigia.*

*Ps. Benedictus. Oratio ut supra.*

*Deinde commemoratio de Sancto Caprasio martire.*

*Per horas diei antiphone de Laudibus.*

*Capitula, responsoria brevia et cetera alia dicantur de Communi virginum, preter ista que secuntur.*

#### **AD VESPERAS**

*Ane: Feminarum quondam, cum aliis IIII<sup>or</sup> sequentibus antiphonis de nocturnis et propriis de communi virginum.*

*Capitulum, hymnus et versiculos ut in primis vespereis.*

*Ad Magn. ana. O pudoris lily, martirii rosa, virtutum animarum gemma radios, fac nostrum collegium prece preciosa frui post exilium vita gloriosa.*

*Post. Magn. oratio ut supra.*

*(Breviarium Bracarense, fīs. 330 V.-333 v.).*

<sup>(ea)</sup> Em D: **fortia mundi, namque reliquit omnia.**